



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Francisci Bonaldi Societatis Iesv Theologi, Divina
Ecclesiae Oeconomia**

Bonald, François

Coloniae, 1611

XII. De sacristicio Missæ eiusque fructibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48916](#)

quenter in vita tanquam cibo alitur
& in obitu tanquam viatico munimur;
profectò diuinitus se alitos; &
coelestem montem Horeb, ad videtur
dum Deum ascendant confortatos
sentient, & expescientur.

CAPVT DODECIMVM

De sacrificio Missæ, eiusque fructibus.

Chrysost.
in ps. 95.
August. l.
10. de Ci-
uit. c. 6.
Psalm. 4.
¶ 5.

Sanctissimum Iesu Christi Domini nostri corpus, & pretiosissimus eius sanguis in Altari Deo consecrata, non solum animæ fideli in potum, & cibum spiritualem cadunt; sed insuper sunt ecclesiæ Catholicae verum, propriè dictum sacrificium. Multo quidem sunt, quæ iuxta Patrum sententiam, modumque loquendi, generaliter sacrificia nuncupantur; qualia sunt vota, contritio, pia desideria, elemosina, sui ipsius, & bonorum suorum oblationes, aliaque his similia: Verum corpus & sanguis Domini nostri Iesu Christi specialiter sacrificium appellatur; idque ideo, quia specialiter tanquam signum exterius subjectionis, &

Deo

alium
nunium
os; &
I video
catoe
VM
Domin
nus eu
ata, ne
m, &
ed infi
erum, &
Multi
n senti
eneral
ilia sun
eleemo
orū ob
Verun
tri lef
appel
ter tan
nis, &
Deo
alit
stitutum, oblata sunt. Fuit autem eodē
tempore institutum sacrificium hoc
quo Eucharistiæ Sacramentum; scili-
cet, in suprema illa cœna, cām Chri-
stus Apostolos suos, & eorum succes-
sores, primos sacerdotes ordinavit, &
ut sacrificiū hoc perpetuò in sui me-
moriā offerrent iniunxit, *Hoc facite*
inquiens, *in meam commemorationem*, *Luc. 22.*
id est, *Consecrate corpus meum & sā-*
guinem, & eadem in memoriam passi-
onis mēx, donec veniam, offerte; ita e-
nim hēc verba explicant & intelligunt
antiqui Patres & SS. Concilia.

Idemq; in veteri testamento s̄epius
præfiguratum, & varijs propheetarum
testimonijs prædictum reperimus. A. *Exod. 12.*
gnus enim paschalis sacrificium Chri-
sti cruentum semel ab eo in ara crucis
offerendum significabat: Oblatio au- *Geny. 14.*
tē panis, & vini à Melchisedech facta,
sacrificium incruentum ab eodē Chri-
sto immolandum, ac instituendum de-
notabat: dicit enim per os Malachiæ
ipse Deus, *Ab ortu solis usque ad occasū* *Malach. 1.*
magnum est nomen meum in gentibus, &
in omni loco sacrificatur & offertur no-
mini

mini meo hostia munda. Et apud David ipsum Christum alloquens Pater ait
Tu es sacerdos in eternum secundum
dinem Melchisedech; quasi diceret, Si
sacrificium Aaronicum, quod cruentum
erat, eiusque sacerdotium, finem habebunt: Verum sacrificium, quod in
oblatione Melchisedech prefiguratur,
& incruentum illis cruentis succederet, sine carebit, imò usque ad finem

Daniel. 8. mundi, iuxta Danielis prophetam
perdurabit. Hoc est enim sacrificium
quod in sua Ecclesia instituit Christus; hæc victima, hæc hostia, hoc holocaustum, quod perpetuò in eadem
offeretur: Neque enim sine sacrificio

poteat subsistere Ecclesia, Nā vt docet
D. Thom. p. 3. q. 85. D. Th. ratio naturalis suadet, vt ei, qui
Deum fatemur, exteriori aliquo actu
præ omnibus ceteris honorē exhibe-
amus; & in omni Republ. benè constituta,
dignissimo sēper aliquid offertur,
quod absque crimine Iesu maiestatis

alteri offerri nequit, vt ex S. Augustino
10. de Ci- habemus: Condecens itaque est, in ec-
uit. c. 19. clesiastica Republ. subiectionis & re-
uerētię Deo exhibendę ergo, aliquod
propriū, verūq; sacrificiū offerri. Ha-

buit
 ua, q
 gisq
 H
 con-
 fert
 mus
 mai-
 siue
 què
 N
 noi
 san-
 tat-
 ra,
 mü
 fac-
 sue
 oq
 Hi
 cō
 Cl
 sa
 E
 se
 ci
 m
 si

buit tale sacrificium lex vetus, cur no-
ua, quam ipse met magis perfecit, ma-
gisque excoluit, non habeat?

Huius itaque sacrificij dignitatem
contéplemur, fructus eius, quos pro-
fert, videamus; magna omnia inuenie-
mus; Dignitas enim eius statuta est, qua
maior esse nequeat; siue enim oblatū,
siue offerētē cōsideres, neq; dignum e-
què, neque prēstantius reperies.

Dignitas
sacrificij
Missæ

Nā quod offertur, est corp⁹ Domini
nostrī Iesu Christi, eiusq; pretiosissim⁹
sanguis, ipsa anima, ac infinita diuini-
tate comitatib⁹. Quę sanè oblatio pu-
ra, mūdaq; est, imò omnis puritatis, ac
mūditię causa. Offerēs aut̄ est, nō tam
sacerdos, quā ipse Christus: non enim
suo nomine, sed Christi cōlecrat, ide-
oq; cōsecrās, dicit, *Hoc est corpus meum*
Hic est sanguis meus: Sicuti aut̄ p Christo
cōsecrat, ita etiam eiusdē loco offert:
Christ⁹ itaq; principalis sacrificiās est,
sacerdos aut̄ ei⁹ minister, aut vicari⁹.
Ex quib⁹ infero, in hoc mūdo nihil es-
se excellēti⁹ deōue grati⁹, quā sacri-
ciū hoc, in quo Christ⁹ semetipsū, per
man⁹ sacerdotis, Deo patri in odorē
suavitatis offert. Patiar. Isaac olefa-
ciens

Chrysoft.
Hom. 2.
in 2. ad
Timotb.

Christus
est prima-
rius sacri-
ficans.

ciens fragrantiam vestimentorum filii sui plenus admiratione, & gaudiebat, *Ecce odor filii mei, sicut odor* *gripleni cui benedixit Dominus.* Si illam solum oculum vestimentorum filii sui persentiscens haec dicat latabundus, quid Deum putatis dicturum? *Sauissimum baliamum sacrificij filii odoratur?* dubio procul, gratissimum acceptissimumque pronuncabit.

*Fructus
sacrificij
Missæ.*

Verum nos, ut viterius progrediamur fructus huius sanctæ oblationis demonstremus. Quod ut breviter faciam, dico hoc unicum sacrificiū omnibus illos effectus, quos diuersissimi veteris legis sacrificia sortiebantur, complecti. In illa enim lege erant oblationes rerum inanimatarum, quae secundum diuersos fines diuersis nominibus appellabantur: Si n. pro peccati expiatione offerebatur, eas sacrificiū & hostias pro peccato nominabantur pro Dei ira auertenda, holocausti, seu victimæ holocausti nomen obtinebantur. Si pro gratiarum actione, victimæ pacificæ dicebantur. Unicum autem nostrum sacrificium omnes istos effectus produc-

rum gaudium
odori
Si illa
im fil
etabun
rum c
cij fil
gratiss
nuncia
gredia
ationis
iter fa
iū om
fissimi
antur,
int ob
, qua
sis no
o pec
sacrifi
nabān
sti, seu
nebāc
nē pa
m no
fectus
rodiu

producere, ex eo evidens est, quod ipsum unum omnibus nominibus in Scriptura appelletur: Oblatio à Paulo vocatur, cum ait, *Sicut & Christus semetipsum pro nobis oblationem, & hostiam Deo in odorem suavitatis: Hostiam quoque pro peccato appellat, cum dicit, Si enim sanguis hircorum & taurorum, & cini vitula aspersus inquisitos sanctificat ad emundationem carnis: Quantò magis sanguis Christi, qui per Spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatum Deo, emundabit conscientiam nostram.* Posse autem victimam holocausti appellari alibi significat dicens, *Si enim Roman. 5. cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem filii eius: multò magis reconciliati salvi erimus in vita ipsius.* Manifestum itaque est omnium sacrificiorum veteris legis omnem energiam in hoc sacrificio colligari.

Quod, ut clarius perspiciamus, notandum est sacrificium hoc non esse aliud, sed illud ipsum, quod seipsū in arā crucis Christus obtulit: hac solum differentia, quod in cruce sub forma naturali seipsum obtulerit; hic autem sub

sub specieb^o panis & vini, modo que
dam sacramentali, à sacerdote offen
tur: cum enim sacerdos missam pen
git, sacrificium in cruce semel pen
itum iteſat, & passionem Christi re
præsentat, prout Christus in ultima
cœna faciendum instituit, & meritum
passionis Christi, ijs pro quibus cele
brat, applicat; Ideoque à Cōc. Trid.
Sess. 22.

cap. 2.

Dicitur hom.

p. 3. q. 82.

Contra c.

Trid.

Sess. 22.

cap. 2.

Dicitur hom.

p. 3. q. 82.

post sanctos Patres, & Ecclesiæ docto
res Missæ sacrificium impetratorium
meritorium, & satisfactorium appell
latur: Impetratorium dico, quia pe
tunt illud bona temporalia, sanitatem, &
alia frequenter obtainemus: Meritorium
autem, quia per hoc peccatores pa
tentia donum, iusti gratia augmenti
consequuntur. Denique satisfa
ctorium nominatur, quia non solum
pro viuorum peccatis, poenis, satisfa
ctionibus, & alijs necessitatibus, sed
& pro defunctis in Christo, nondum
pleno purgatis, rite iuxta Apostolorum
traditionem offertur. In hac itaque tab
ella sacrificij Missæ fr
et us admirabiles intueamini; bona &
comoda, quæ illud consequitur inspi
cite: quæ si singula at dicā aliquis spe
culationem.

iatim enumerare & persequi conare-
tur, is certe in altū pelagus subuehe-
retur: Ad alios itaq; qui sigillatim hęc
traetāt malo lectorē remittere, ipsum
aut̄ his paucis ad summū gaudiū & le-
titiā erigere; certū enim est sacrificiū
hoc gaudij & lātitiae plenissimū esse: *Missa.*

*Interior**consolatio**ex adite*

Quāuis enim mors Christi hic repre-
sentetur, nō tamē eā ut luctuosā, sed
quā iā in nostrū bonū, cōmodūq; subi-
erit cōcipimuss; quatenus scilicet nos
sua morte, morti eripuit, & à peccatis
omnibus liberauit, ac de servitute di-
aboli redemit: Scimus enim quod
Christus resurgens ex mortuis, vt inquit Roman. 6.

Apostol. iā nō moritur, mors illi ultra nō
dominabitur: quod enim mortuus est pes-
cate, mortuus est semel: quod aut̄ viuit,
viuit Deo. Et Petrus, *Christus semel pro
peccatis nostris mortuus est: iustus pro in-
iustis, vt nos offerret Deo: Mortuus quidē
carne; viuificatus autē spiritu. Ecce quo-
modo hic Apostoli in more Christi
victoriā, & triūphū gloriosū canūt, vt
nos de hac eius gloria morte gaude-
am⁹, & in ei⁹ luctuosotriūpho exulte-
m⁹; gloriemur de victoria quā obtinu-
it; lētemur de meritis, quæ nobis acq-
suius*

1. Petri 3.

suit; triumphemus in libertate, quam nobis impartijt; maximè cum hæc gnia ab ipso obtenta, singulis nostris virtute huius sacrificij specialiter applicentur ac distribuantur.

Quisquis debita cum reverentia Missam celebrantem, aut celebranti audit, quæ diximus in seipso experientur: Si enim in peccatis est sentiet suavi quodam motu ad deserenda pericata impelli, ad virtutes amplexandæ ipsa excitari, è castris diaboli ad signum Christi reuocari: Si in gratia est, ipsa experientia cognoscet eam in se augustinianas quoque peccatis suis debitum imminui confidet; & hinc duplex gaudium de augmento boni, & decremento mali nascetur: Atque huius lætitiae causa est, una secretior interitus per gratiam mouens; altera exterior per cæremonias huic sacrificio proprias, foris hominem excitans, de quibus infra nobis agendum erit, cum de cæremonijs tractabimus.

Hoc solum hic notasse sufficerit. Missæ sacrificio penè omnes Religionis actus reperiri; maximè enim hi exercetur deuotio, quam assistentibus

In Missa
omnes a-
bus Reli-
gionis ex-
ercuntur.

ite, quan
n hæc
is no[n]
aliter a
multitudo auget, Dei præsentia exci-
tat, angelorum obsequium honestat,
luminarium claritas illustrat, orna-
mentorum splendor acquit, ceremoni-
arum varietas delectat. Omnia præ-
uerent terea orationum, ac obsecrationum
lebrant genera, in hac sacra actione reperire
experi erit; Ante consecrationem enim sa-
entier cerdos frequenter obsecrationibus v-
éda per titur, & supplicationes Deo offert: in
lexando ipsa consecratione variè mentem ad
ad signum Deum eleuat; post eam ad supplica-
tiones redit pro ecclesia, seipso, assi-
stentibus omnibus ijs quibus aliquo
modo obligatur. Deniq; Deo gratias
uplex agit, & de collatis beneficijs lxtatur:
& decre Si verò in ullo officio ecclesiastico
ue huic diuinæ laudes celebrat, in hoc ma-
r inter ximè, vbi Introitus, Gradualia, Alle-
luia, hisque similia decantantur, Dei
sacrifici magnalia, facta diuina in euangelio-
rum, ac epistolarum lectione reno-
uantur. De adoratione quid dicam?
adoramus hic Christum sub speciebus
panis & vini existentem, eodem cultu
ac reverentia, qua Deum ipsumnam
Deus est, Deo Patre, & Spiritu sancto
non minor, sed per omnia æqualis: Et
G — tandem,

tandē, ne quid actuū religiosorū Christi
desit, iij quibus ita est copia, ut cōm̄ bratic
possint, munera sua ad altare defēti Christi.
Ex quibus omnibus exterius, intē sterij
que cōcurrentib⁹ tantū gaudi humi
audientiū animis frequenter em. Et
tur, quātū dicēdo eloqui vix vale Patre

Missa in fi- Facessant ergo detestanda ac merūt:
uem mun- da gentiliū sacrificia, cessent Iuda quod
di vsque immundæ iam victimæ; h̄ereticiā vi-
peragetur. ullo visibili & exteriori, vt ipsi bat:
bet, sacrificio & statem exigant: In desce-
tholica Ecclesia semper vsq; ad m̄ xū sc
consummationē munda pretiosi dice-
poris & sanguinis Dominici obligone
perficietur. Frendeat licet Sathan repe-
cū omnibus suis asseclis ad rauim
que clamitet, Missā abominatione post
se, certus sū quod his clamoribus
quaquā effecturi quo minus Missā
catur, iuge hoc sacrificiū peragan-
Christus illud instituit; sacerdotib⁹
vt celebrarēt; populo vt assisteret;
sit: celebrarunt illud Petrus, And-
Iacobus, alijq; Apostoli & eorū suc-
fores: primitiū Eccl̄esiæ Christi
quotidie illud celebratibus deu-
fimē affuerūt: Nos sacerdotes, alijq;

giosorū Christiani haudquaquā ab eius cele- *Vide Irē.*
 vt cōmbratione auditioneue cessabimus, sed *l. 4. var.*
 redēfē Christū ipsum sub tremendis his my- *cap.*
 s, inten sterijs, qua poterimus reuerentia ac
 gaudi humilitate adorabimus.

ter em. Et quid ni faceremus, quod antiqui
 ix vale Patres suo exēplo, Angeli facto docu-
 da ac merūt: In libro enim Geneseos legim⁹,
 ut Iuda quod Patriarcha Iacob in sōmnis sca-
 reticia lā viderit, cuius summitas cœcum tange. *Genes. 28.*

vt ipsibat Angelos quoque Dei ascendentēs &
 int: In descendentes per illam, & Dominū inni-
 p ad mūxū scalæ: adeò vt euigilās exclamarit
 etiō dices, Verè Dominus est in loco isto, & e-
 ici obli go nesciebā. Similiter in Regū historia
 Sathan reperim⁹, quod omnis popul⁹ Helię sa- *3. Reg. 18.*
 l rauim crificio assistēs, in facies se pstrauerit;
 nationi postquā De⁹ igne cēlit⁹ missio ei⁹ hol-
 oribus caustū absūp̄fisset. Si ergo popul⁹ ad o-
 s Missa stētionē soli⁹ signi virtutis diuinæ in
 peragr terrā se pstrauerit? Si Iacob in visione
 erdotib Dei persōniū ita expauerit, ac locū sā
 īsteret
 s, Andri-
 orū succ
 Christin
 is deuo
 es, aliq
 C.
 fū
 discere

discere non pudeat: Eo ipso enim
poris momento, quo per consecra-
nē sacerdotis verē ac realiter in-
nibus eis Christus esse incipit, ang-
(vt doget Chrysost.) de cœlo deli-
dunt, altare, ac tacerdotem circu-
lant; Christum autem, in quem pri-
picere desiderant, profundissimā
missione adorāt: Nos idem faciam
corā Deū nosmetipsos humiliē-
ante Dominum procidamus; Dilige-
ter autem caueamus, ne hoc loco,
tempore quicquam faciamus, di-
mus, aut cogitemus, quod diuinat
præsentia indignum sit: Qui vero
hac parte negligentes sunt, aut fide-
suam exiguum, aut præsumptione
nimiam ipsimet arguunt; Si enim
miter credant se coram diuina ma-
estate consistere, ac suam vilitate
imò nullitatē agnoscant, qui si
posset, vt se non humilient, Regi
quantumuis sint & maximi vniuer-
huius mundi monarchæ.

Omnibus autem, & singulis Chi-
stianis consultum vellem, vt antequam
ad hæc mysteria audienda accedant
seipsoſ præparent, vicia extirpen-
deſeſ

Decenter
Missa est
assistendū.

defectus corrigant, fidem excitant,
Christum Deum ac hominem huic sa-
crificio præsentem concipient, cœle-
stem illam curiam assistentem imagi-
nentur; angelos Christum adorantes
cōtemplentur, omnes extraneas phā-
tasias secludant, sola illa divina my-
steria, quæ peragentur deuota mente
pertractent. Quamuis autem hoc meū
confilium omnes Christianos cōcer-
nat, maximè tamen sacerdotes tan-
git: quantò enim hi diuinum illud ac
augustissimum sacrificium familiari-
us tractant, tantò etiam eos corde &
corpore puriores esse concedet: Nam *Basil.* Ser-
fi lege veteri cautum fuerit, ne quis 2. de *Basil.*
villa macula corporali notatus, tem- *ptis.* Le-
plo materiali deseruiret: quantò ma- *uit. 21.*
gis ab altaris illius tremendis myste-
rijs arcendi sunt & prohibendi, quos
vitæ macula infamat, cum Christus
templo & maior & sanctior sit. Illi
verò, qui habent curam animarum,
aut ecclesiastico aliquo beneficio
gaudent, frequentius ad illa mysteria
celebranda obligantur; nam si secus
fecerint, Deum sua gloria, proximos
adhuc viuentes auxilio, defunctos so-

latio priuantes, tripliciter iustitia portū impingunt. Laici verò & seculares alia o solum tenentur certis diebus Missa simili audire, verūm etiam, ut subinde eos, ipsi bretur Procurare; idque si non alii xime ob causam, certè ut à malis, tū corporis, tum animi, quibus penè in mundo opprimuntur, subleuamēt. Inuenimus quod impetrent; ad hūc enim efficiuntur consecutū nihil hoc sacrificio efficacius, ut ex rationibus supra ductis patuit, & nunc maxima multudine probatorū exemplorum confirmatur, ex quibus aliqua breui-

August. l. 22. de Ci mit. c. 8. annotabo: Refert S. August. hoc sacrificium malignos spiritus è domo, q. infesti infederant, eiecerunt: Cuidam quoque captiuo omnia vinculo subito dissoluta sunt, simul ac pro eo sente, vxor sua sacrificium Missa celebatur.

Greg. l. 4. Dial. c. 57. brari procurasset, vt D. Gregor. rat. Refert idem nautam quendam tempestate abreptum, ac inter medios fluctus fame penè necatum, ipsi temporis momēto, quo pro eo curans sancto quodā Episcopo Missa peragabatur, ab aliquo incognito sibi apparet cibore refectū, & ad optatū postulatum

justitiae portū deductū fuisse. Et ne fusior sim,
ulares alia omitto, quæ benevol^o lector pas-
is Missarum apud alios reperiet, modo histori-
inde celos, ipsaq; quotidianā experiētiā, ma-
xime in Indijs, ijsque regionib^o vbi re-
tū corp^o ceter euāgelium annūciatur, cōsulat:
Inueniet enim vi huius sacrificij infir-
mos plurimos sanatos, dæmones ex-
pulsos, imò mortuos resuscitatos esse.
Prudēter itaque faciūt, & optimè sibi
cōsulūt, qui quoties licet sacrū fieri
procurāt, aut saltē procuratū, & obla-
tū per alios audiant, immortali Deo
Opt. Max. maximas gratias agente, q.
ei satis non fuerit Christū nobis in ci-
bū, potūq; dedisse, nisi eūdē etiā pro sa-
crificio, & holocausto offerendū in-
stituisset.

CAPVT DECIMVM TERTIVM.

De Sacramento Ordinis, quod est ve-
rum totius Ecclesiae, & maximè
Ecclesiasticorum hominum
ornamentum.

Hactenus de ijs Ecclesiæ Sacramen-
tis egimus, quæ singulos fideles in
ordine ad se perficiūt, eorumq; com-
moda,